

## No. 80. 1213.

*P. Innocenz III. fordert die Gläubigen der Magdeburger Erzdiöcese auf das Eindringlichste auf an dem bevorstehenden Kreuzzuge nach dem heil. Land persönlich oder durch milde Beisteuern sich zu ihrem eigenen Seelenheil zu betheiligen.*

Innocentius episcopus etc. universis Christi fidelibus per Magdeburgensem et Bremensem provincias constitutis salutem etc. Quia maior nunc instat necessitas quam unquam exstiterit, ut terrae sanctae necessitatibus succurratur etc.

Innocentii epp. ed. Baluzius II. p. 752. — Innocentii opp. ed. Migne. III. p. 817. — Mansi concilior. coll. XXII. p. 956.

Gleichzeitig erliess Innocenz ein Breve „Pium et sanctum propositum“ an den vormaligen Bischof von Halberstadt (Conrad) und an F. vormals Abt zu Sichern (Sittichenbach) mit der Weisung in den genannten Provinzen zum Kreuzzug aufzufordern und milde Gaben zu sammeln. Innocentii epp. ed. Baluzius II. p. 754. Innocentii opp. ed. Migne III. p. 822.

## No. 81. 1213. 19. Apr.

*P. Innocenz III. fordert den Erzbischof, die Bischöfe, Aebte und Prioren der Magdeburger Provinz auf, zu einer allgemeinen Kirchenversammlung im Herbst 1215 in Rom sich einzufinden.*

Innocentius episcopus etc. archiepiscopo et episcopis, abbatibus, prioribus constitutis per provinciam Magdeburgensem salutem etc. Vineam domini Sabaoth multiformes moliuntur bestiae demoliri etc. Universitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus vos taliter praeparetis, quod a praesentis dominicae incarnationis millesimo ducentesimo decimo tertio anno usque ad duos annos et dimidium praefixis vobis pro termino Kalendis Novembris nostro vos conspectui praesentetis cum modestia et cautela, ita quod in vestra provincia unus vel duo de suffraganeis valeant episcopi remanere pro christianitatis ministeriis exercendis, et tam illi quam alii, qui canonica forte praepedite detenti personaliter venire nequiverint, idoneos pro se dirigant responsales, personarum et evectionum mediocritate servata quam Lateranense concilium defini- vit etc. Iniungatis autem vos, fratres archiepiscopo et episcopi, ex parte nostra universis ecclesiarum capitulis non solum cathedralium, sed etiam aliarum, ut praepositos vel decanos aut alios viros idoneos ad concilium pro se mittant, cum nonnulla sint in ipso tractanda, quae specialiter ad ecclesiarum capitula pertinebunt. Interim vero et per vos ipsos et per alios viros prudentes universa subtiliter inquiratis, quae correctionis aut reformationis studio indigere videntur, et ea fideliter conscribentes ad sacri concilii perferatis examen etc. Nullus itaque se fallaciter excusando ab executione tam sancti operis subtrahat, si canonicam vult effugere ultionem. Nemo dissensionum obstacula vel itinerum impedimenta causetur, quae domino faciente signum in bonum ex magna iam parte cessare coeperunt etc. Datum Laterani XIII. Kal. Maii pontificatus nostri anno sexto decimo.

Innocentii epp. ed. Baluzius. II. p. 756. — Innocentii opp. ed. Migne. III. p. 823. — Mansi concilior. coll. XXII. p. 960.